



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Q.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

enim decimus quintus episcopus, Pontiani & Agnetis sancta corpora secum ex Italia transtulit, ac in Traiectensi ecclesia honestè ingenti deuotione reposuit. Obijt is præful anno nongétesimo septuagesimo septimo.

Poppo abbas Stabulensis non est canonizatus. quibus tamen virtutibus & miraculis claruerit, ex historia ipsius cognosci potest, quam Surius habet die vigesima quinta Ianuarij.

SANCTUS **Q**VINIBERTVS cōfessor, Prior fuit in Salesio, iuxta Quercetū, in Prioratu Maricoleniū. Vbi permultis claruit miraculis. Festum eius recolitur ibi, & Maricolis, die 18. Maij. Loca sunt diocesis Cameracensis in Hannonia.

SANCTUS **R**ADBODVS, episcopus Ultraiectensis, & cōfessor, fuit vir sanctus, pius, & doctus, & iuxta nomē suum Teutonicū, consilij nuncijs, sine magni consilij angelus. Inter alia conscripsit flores de primis Traiectensibus episcopis, Vuillibrordo & Bonifacio. In graui Danorū persecutione Traiectensem ecclesiam gratiosè rexit, annis septendecim; sed propter Traiecti desolationem, quod prophético spiritu præuidit per successorem restaurandū, Dauētriæ sedere cōsueuit, vbi etiam honorificè est tumultatus, per clerum & populum, anno nongétesimo decimo septimo: multisq; miraculis & beneficijs claruit. Natalis est tertio Calēdas Decēbris. Tráslatio, septimo Calēdas Iulij.

Sanctus Radfridus martyr, ponitur cum Vualfrido martyre.

Sancta **R**AGENFREDIS virgo patrem habuit Aldebertum, Comitem Austrouandiæ; matrem, sanctam